

Vita Dippelii

Ioannes Conradus Dippelius, ^{qui} nomine Democriti Christiani innotuit, turbulentissimi ingenii homo, in republica sacra maximas excitavit tempestates. Non solum moribus sed etiam doctrina singularis prorsus exstitit. Ubi et quo patre natus sit, nullam ipse mentionem fecit: alii tamen memoriae prodiderunt, eum in urbe Hassiae Franckenstein hanc lucem adspexisse anno millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio. Vix, quisquam ante hanc nostram aetatem fuit, qui non solum majore ferocia derisusq; in singulas ^{homines} personas ⁱⁿ⁻ ~~venit~~ ^{venit}, sed etiam in universum Christianorum.

stianorum hominum coetum. Sacra-
tiosissimis doctrinis mordacius illudit,
easq; conata stultissimo radiobus
evertere ^{ausus est} contendit. Decimo sexto
aetatis anno se contulit Giesam
studiis obsecuturiis suis, uti ipse
narrat, ibiq; ad impetrandam ar-
tium magistri dignitatem dispu-
tationem de nihilo habuit. De-
inde Argentoratum petiit, ubi
et artem ad manuum lineamen-
ta divinandi, vulgo Chiromanti-
am vocant, docuit, et in haben-
dis orationibus ^{facris} sese exercuit: sed
quia delectabatur consortio pravo
hilarisq;

^{laevo}
hilarique; in lauriosum vitae genus
descendit. Nihil tamen minus fave-
bat litteris elegantioribus, et dissertatio-
nes quasdam scripsit, denique aere
alieno pressus, clam se subduxit, in pa-
triamque rediit. Quum ibi commoraretur
magno trahebatur muneris studio
publici impetrandi, ^{studio} multisque libris
in lucem editis, nomini suo famam
conciliare contendit, sed ad id quod
voluit, pervenire non potuit. Deinde
in amicitiam ^{celeberrimi} praeclari Arnoldi per-
venit, quae ei magnae utilitati fuit.
^{Postea} Denique varios eosque impudentis-
simos indignissimosque Christiano
homine

homine conscripsit ediditq³ libros
ut honestissimum quemq³ puderet
in certamine ^{en} cum eo descendere.
Arti Chymicae eodem tempore ope-
ram dedit, constansq³ fama fuit,
illam e ceteris metallis aurum
potuisse conficere. Contra Meyerum
Doctorem Theologiae, prae ceteris
vehementi ac immoderato scriptu-
rae genere usus est, unde accidit,
ut Sueciae orator in aula Berolinen-
si maxime de eo quaestus
sit. Quam ³ ad haec ² accesserit, ut
in Sueciae regem multa scripserit
~~set~~

in custodiam traditus est, ~~ex~~ qua
^{tauer} promisso ^{non multo post} vademone liberatus est.

Quum interea quidquid chartarum
habebat, illi ablatum esset, in iisq;
epistola quaedam, quae, nescis quid
in Borussia regem continebat,
tutum se non existimabat, clamq;
in Hollandiam discedebat. Se Am-
stelodami tenens, gloriabatur
artem mutandorum metallorum
se reperisse, ^{quod quidem} quae ei favorem
familiaritatemq; multorum ho-
minum conciliabat. Non multo
post honores consilarii tabularii
a rege

a rege Daniae impetravit, verum uti au-
daciae effrenatae erat, et neminem
non acrius immoderatusq; notabat,
ita amicitiae eius munus diuturnae
esse poterant. Quos habebat factores
brevis contra se sentientes, vidit pro-
pterea quia illos perpetuis contu-
meliis exagitabat. Quod Dippe-
lius animadvertens, Hamburgum
petiit. Sed Daniae rex ut sibi tra-
deretur postulabat, ideoq; Altonam
deductus est. Re cognita haec lata
est sententia, ut titulo regni con-
siliarii privaretur, utq; libri eius
haud

hæc procul ^{ab} infami palo in foro
a carnificè comburentur, quod
etiam ^{in conspectu} præsentè Dippelii, vestitò
pallio purpureo, factum est.
Ipse postea decussatim, vincitus, in
Börnholmiam deductus est, ut ibi
perpetua teneretur custodia sine
ulla libertatis spe. Quæ in insu-
la quum ^æ pene septem annos misere
consumsisset, deniq; necio, quo
facto, liberatus est. Ipse sine ullo
rogatu suo, sola reginae depreca-
tione, vinculis solutum esse com-
morat. Quum autem apud animum
constitisset, Germaniam iter facere,
persuasit

persuasu mercatoris cuiusdam
^{una} simul Christianopolimⁿ pervenit.
Suecorum autem comitibus appro-
pinqnantibus, illi nec opinanti
litterae, Holmiae datae, traditae
sunt, in quibus rex per quemdam
cubiculo suo praefectum clemen-
tissimis eum verbis salutavit,
Holmiamq; invitavit, ut de va-
letudine³ sua consilio eius
uteretur. Ille autem invita-
tionem regis ipsius expectans
hoc consilium per litteras
ad regem misit, a quo non
multo post admonebatur, ut
rediret.

rederet in Germaniam. Quod quidem
ideo factum est, quia sacrorum an-
tistites, qui ad comitia convenerant
legatos ad regem miserant, qui roga-
rent, ut Dippelium, periculosissimum
hominem pestemq; reipublicae sacrae
e regno discedere juberet. Quo nuntio
accepto iter in Germaniam paravit,
proximis tamen litteris Holmiae datis
certior factus est, sua causa inter
proceres regni magnam ^{esse} contro-
versiam ~~exortam esse~~, ^{et} equitumq;
civium, rusticorumq; ordines pari-
modo legatos ad regem misisse, qui
eum

eum rogarent, ut indignissimae pe-
titioni sacrorum virorum ne locum
relinqueret, quibus et rex paruit.
Interiecto tempore ^{litterarum} ~~epistolae~~ ei
traditae sunt, in quibus Holmiam
vocatus est, verum quia constan-
tius repugnabat, duo comites
iique comitorum assessores ea
mente venerunt Christianopolim
ut eum commoverent ad iter
Holmiam ^{subiiciendum} ~~ineundum~~. Quo facto
viae se dedit, Holmiamque pervenit,
et a rege pariter ac regina olemar-
tosiense exceptus est, unde factum
est.

est, ut quotidie multi omnium or-
dinum homines in domum eius
confluxerint, quod partim amore,
partim valetudinis cura adducti
fecerant. Quae tamen honoris cae-
rimoniae, nullius diuturnitatis
erant. Centum et quinquagin-
ta tres quaestiones promulgavit
in quibus omne acerbitatis vi-
rus in rem sacram administratosque
eius evomuit, unde et illo ipso tem-
pore Holmiensium comitiarum
regni fines relinquere coactus
est, quod millesimo septingente-
simo

simo vicesimo septimo anno factum
est. Interea brevi hoc tempore pesti-
lentissimis suis libris opinionibusq;
ibi multos corrupit homines, quod
regem eo perduxit, ut contra de-
liramenta somniaq; insanientis
Duppelii singulare scriptum in
lucem publicam edi iuberet, ne
malum latius serperet. Relicto
autem Suecorum regno, in Ger-
maniam revertit, Berleburgum
venit, ibidemq; postremum ha-
bitavit. Cum hinc anno millesi-
mo septingentesimo tricesimo
quarto

quarto in Castellum Witgenstein accesseretur, praeter omnem omnino opinionem factus^m est, ut prima paschae feria mane in lecto suo mortuus reperiretur, de quo ^{ipse} nec tunc nec antea cogitasse videtur. Eo enim stultitiae processerat, ut se ante annum millesimum octogesimum^{ingentesimum} octavum moriturum negaret, quod ipse in scripto aliquo publico, uno ante obitum anno universo adrunkenvitorbi, in quo temere adseruit, quidquid de sua morte spargere tur ante jam dictum annum, falsum et commentitium fore. Quae tamen quam² repentino casu eum rapuerit, satis constat.